



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 77. Spirensis Civitas ab Episcopali milite occupate.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

Sæc. XVIII.

A. C. 1716.

ædes facta illas violenter aperuerint, quin tamen captos dimitterent, donec Cæsareo mandato illos relaxare compulsi fuissent, hisce violentiis sat inculenter suum Religionis odium testificantes.

VIII. Denique Senatus objectabat, quod contra Religiosas Pacificationes Episcopus jurisdictionem Diœcesanam aperte contra Cives Catholicos sibi arroget, & militarem executionem comminetur: Ad hæc reposuit Episcopus, nullam ejusmodi exstare pacificationem, qua talis jurisdictio Episcopo foret interdicta, sed Catholicis liberum Religionis exercitium semper fuerit conservatum: hanc vero comminationem esse merum figmentum, e contrario autem Lutherani Catholicos in fidei odium tam acerbè vexare, ut eorum non pauci civitatis juri renuntiare cogentur, & Lutherani nullum Catholicum civem amplius recipiant, & receptos cum ceteris Catholicis inmane opprimant.

## §. LXXVII.

*Spirensis Civitas ab Episcopali militate occupata.*

*Fabri  
Staats-Ranz.  
t. 28. p. 108.*

Cum autem Spirenses Lutherani Cæsareis mandatis morem gerere detrectarent.



tractarent, atque etiam die decima Ja- Sæc. XVIII.  
 nuarii anno hujus sæculi decimo tertio A. C. 1716.  
 Senatus Spirensis Episcopum apud Im-  
 periale Consilium falso accusaret, ac si  
 habito provincialium delectu non sine Chron. l. 16  
 violata civitatis jurisdictione has copias pag. 53.  
 militari exercitatione instituisset, ac  
 proin præcipue in hostium finibus pe-  
 riculosos in S. R. Imperio motus exci-  
 tasset, ac insuper Senatus famoso li-  
 bello typis edito Episcopum, Clerum,  
 ejusque subditos Catholicos apud Ra-  
 tisbonensia Imperii comitia indignis  
 modis traduceret, hinc Episcopus die  
 octava Junii Anno 1715. Cæsari suppli-  
 cabat, ut ob debitam sibi veneratio-  
 nem graviter læsam, & nequiter im-  
 pactas calumnias congruam sibi præ-  
 stari satisfactionem, curare dignaretur:  
 Interim vero Senatus suo obtentu, quod  
 Episcopales urbis invasionem minitati  
 essent, publico edicto cives hortabatur,  
 ut in omnem eventum arma pararent:  
 quinimo die decima quinta & sexta  
 Martii omnibus civibus & incolis signi-  
 ficavit; quod ad primum tympani so-  
 num mox omnes ad præstitutum locum  
 armati convenirent: die autem vigesi-  
 ma ejusdem Mensis Senatus tympani  
 & æris campani sonitu cunctos in ar-  
 mis esse jussit; quo comperto Episco-  
 pus suum Secretarium ad Senatun-  
 Hist. Eccles. Tom. LXIX; E e ab=



Sæc. XVIII. A. C. 1716. ablegavit, quo hic tumultus spectaret, sciscitatus, cui tamen ejusmodi datum est responsum, quo Episcopus sibi, Clero suo & Catholicis grave periculum imminere, haud obscure colligeret: Tumultui dabatur initium, dum civitatis excubitores Episcopi aurigam, & famulos post crebram laterum contusionem insectabantur, & capillis prehenso vi ad militum stationes raptabant, & ipsius Episcopi Nepotem Trevirensis Canonice Cathedralis, varios Clericos & Episcopi Consiliarios ac Ministros publicarum platearum transitu interdicebat, eosque contumeliis & minis repellebant, ipsum etiam Episcopale Palatium validis excubiis cingentes, sexcentos ferme armatos omni ex parte pulsatis etiam tympanis per loca a civitatis jurisdictione exempta contrahebant: cum ergo ex bellico hoc concursu sat luculenter pateret, quod Lutherani Magistratus Episcopum, ejusque Regiam occupare molirentur, imo ad ipsas Episcopalis Palatii fores schedam affigerent, qua cives ad Episcopum turri includendum, & Clericorum, famulorumque ædes diripiendas incitabantur, hinc Episcopus necessitate coactus, vitæque suæ ac securitati prospecturus, suis domesticis præcepit, ut saltem violentam palatii invasionem



Sæc. XVIII.  
A. C. 1716.

vasionem, quantum possent, armis prohiberent: Hujus indignitatis atrocitate excitati Dudenhofenses, ut suum Principem atque Episcopum defenderent, in opem vocatis Marientrautensibus, trium ferme millium agmen contraxere, variisque & præcipue rusticis armis instructi die vigesima Martii extra urbem castra metati sunt; quo comperto Episcopus, qui pro sua benignitate cruentos motus prævertere intentus erat, Dürbachium, quem a secretis habuit, ad eos sciscitatum misit, cujus mandato arma sumpsissent? Hi vero reponebant: Imperialis Consilii decretum, quo eis arbores cædendi jus ascriptum esset, a Senatu contemptum, atque ab eo ligna cædua armata manu in urbem devecta fuisse, cum ergo Episcopus eorum jura tuendo impar esset, eisque Imperiale Consilium sui decreti executionem demandasset, jus suum armis prosequi decrevissent. Id vero nec Episcopi, nec ejus Consilii jussu fecissent, sed comperto, quod civitatis Senatus publico edicto cives suos ad arma civisset, eosque contra suum Episcopum, ejusque subditos concitasset, illumque invadentes veluti captum detineret, hinc suo Principi opem laturo, ejusque securitati consulturi concurrissent: His ita prolatis Secretario in-

E e 2

man-



Sæc. XVII. mandatis dedere, ut certum a Senatu  
A. C. 1716. responsum referret, an Episcopo de  
 plena securitate prospicere, eumque ab  
 omni injuria vindicare vellet, secus  
 enim se bona & sanguinem pro Prin-  
 cipis sui incolumitate prodigere para-  
 tos esse. Pariter Episcopus sibi suis-  
 que de perfecta securitate caveri, &  
 Gebhardum Centurionem ac Geyerum  
 Scriniarium utpote Episcopum atro-  
 cissimis calumniis impetentes sibi tradi  
 a Senatu petiit: Ad hæc tamen respon-  
 derunt Senatores, se præfatum edictum  
 ad repellendam injustam vim, & pro-  
 curandam Episcopi securitatem promul-  
 gasse, nec quicquam adversi Episcopo,  
 ejusque Clero ac Ministris a Senatu ti-  
 mendum, se vero ambos hosce cives,  
 utpote soli Senatui subjectos, tradere  
 non posse, quamprimum vero de horum  
 delictis constiterit, Senatum mox Epi-  
 scopo satisfacturum: reposuit tamen  
 Episcopus, suum non esse, primum  
 privatos ejusmodi calumniatores apud  
 Senatum denuntiare, Senatui vero com-  
 petere, sibi tanquam S. Imperii Prin-  
 cipi hosce convitiatores sistere. Cum  
 autem Dudenhofenses nec Episcopo  
 nec sibi sat cautum crederent, die vi-  
 gesima prima Martii repulsis excubito-  
 ribus urbem occuparunt, primoque  
 æstu, uti in populari tumultu fieri amat

unum.



unum, alterumve glande trajecerunt, & quosdam vulnerarunt, civesque armis exuerunt: Episcopus vero mox ad Senatum suos ablegabat, præcipiens, ut ex Senatu quosdam, & quinque ex civibus ad se deputarent: His ergo manifestum suæ Personæ dignitatisque contemptum, crebras suorum & Catholicorum oppressiones, & hucusque perperam attentata exprobravit, petiitque, ut tandem declararent, an hanc controversiam vel amica transactione vel via juris componere intenderent, quibus viam juris seligentibus, Episcopus, ut oppressos cives sublevaret, præteritarum injuriarum ferme immemor potissimam armatorum partem ex urbe emigrare jussit, relictis duntaxat, quot ad sui suorumque securitatem vel maxime necessarios fore duxit, quinimo hos quoque sine civium molestia suis sumptibus, pane & vino alebat, eo fine, ut tandem Lutherani benignitate devicti, deinceps debitam Episcopo reverentiam deferre, suorumque subditorum jura illæsa servare, & Catholicis liberum Religionis exercitium relinquere decernerent: Cum vero hi omnis honoris pudorisque obliti apud quosdam Imperii Electores, Principes, & Ratisbonensem Imperii Conventum suppressa veritate falsas & tam

Sæc. XVIII.  
A. C. 1716.

*Epist. literarum  
die 16. Apr.  
Fabri p. 191.*



Sæc. XVIII. Episcopo, quam ejus Ministris injurio-  
 A. C. 1716. fas criminationes contra fidem datam  
 exposuissent, atque in Episcopum, Cle-  
 rum, ejusque subditos Lutheranorum  
 & Calvinistarum odium concitaturi, in  
 vulgus sparsissent, quod Episcopus hos  
 in libero sectæ suæ exercitio, & con-  
 scientiæ libertate perturbare moliretur,  
 hinc Episcopus die decima sexta Aprili-  
 lis hoc anno edictum promulgari jussit,  
 vi cujus cunctis ejus Ministris, incolis  
 & subditis sub gravissimis poenis inhi-  
 buit, ne Lutheranos & Calvinistas  
 eorumque Prædicantes in conscientie  
 libertate ac Religionis exercitio turbare  
 vel impedire, aut verbis vel factis mo-  
 lestare præsumant. Concionatoribus  
 quoque ceterisque Clericis, & quibus-  
 cunque aliis præcepit, ut e suggestibus,  
 aliisque in locis a convitiis, vitupe-  
 riis, ore vel calamo effundendis om-  
 nino abstineant. Nihilominus Spirensis  
 Senatus creberrimis literis Evangelicos  
 Principum Legatos Ratisbonæ  
 agentes ipsumque Cæsarem fatigabat,  
 & allatas Episcopi rationes enervare  
 nitebatur, postulans, ut Episcopus  
 armatos ex urbe educeret: Hic vero  
 Legatis die decima tertia Junii rescrip-  
 sit, quod unice sui, sui que Cleri se-  
 curitati contra rabie tumentem Magi-  
 stratum



stratum prospicere coactus, quasdam Sæc. XVIII.  
 copias in urbe teneret. A. C. 1716.

§. LXXVIII.

*Cæsareo - Imperialis Aulici Consilii  
 sententia hac in caussa.*

Interim crebris utrinque scriptis, cri- Fabri l. c.  
 minationibus mutuis, & variorum t. 29. p. I.  
 tribunalium sollicitationibus, & quere- Et seqq.  
 lis, atque vindiciis certatum est, & Theatr. Eu-  
 quidem Lutherani Senatores, si forte rop. p. 145.  
 miles anferem trucidavit, aut ad pro- Et seqq.  
 brosam civis responsionem, convitium  
 vel minas regessit, aut pro suis equis  
 stramen petiit, vel vitreum orbem aut  
 aliud quicquam confregit, aut Luthe-  
 ranum ad genuflexionem coram Sa-  
 cratissima Eucharistia coegit, tanquam  
 horrendas violentias, damna, ac Re-  
 ligionis gravamina apud Corpus Evan-  
 gelicorum detulerunt: Vicissim vero  
 Episcopus, ceterique Catholici de gra-  
 vibus Senatus oppressioneibus atque in-  
 juriis apud Cæsarem vehementer que-  
 rebantur: quocirca Imperatoris aucto-  
 ritate Aulico - Imperiale Consilium  
 communibus partium sumptibus Ele-  
 ctori Palatino & Hasso-Darmstadiensi  
 Landgravio commisit, ut inquirerent.  
 I. Quis prior ad sumenda arma & ad  
 Episcopi Palatium armatis obsidendum